



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XII. De ordine ponendi Crucem in sepulchrum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

## TITVLVS XII.

*De ordine ponendi Crucem in sepulchrum.*

1. **E**tia sexta Parasceues, vel ante tempstiū paratur locus vel Capella pro sepulchro, velis & luminaribus ornatus, in quo extenditur tapete magnum, vel pannus violaceus, & super primos eius loci gradus ponitur pulvinar amplum, & super eo velum, seu mappa sericea supra quæ ponenda erit Crux pro adoratione populi.

2. Finitis igitur in Choro vesperis. Celebrans deposita casula induitus pluiali nigri coloris accipit Crucem de Altari in quo Celebrauit, & praecedentibus Thuriferario cum thuribulo & uobis Ceroferarijs cum luminaribus accessu & Clero incedit Sacerdos medius inter Diaconum & Subdiaconum portans ambabus manibus Crucem detectam usque ad dictum locum. Choro interim cantante submissa voce. Ecce quomodo moritur iustus, &c. Sepulta Domino, &c. Sicut quis ad occasionem, &c.

3. Postquam peruenatum fuerit ad dictum locum, omnibus genuflexentibus reverenter à Celebrante ponitur Crux in dicto loco, & imposito atque benedicto ab ipso Thure in thuribulo et incensat Crucem, redditoque thuribulo à duobus Cantoribus, vel ipsomet Sacerdote canitur versus & oratio.

Vers. In pace factus est locus eius.

Resp. Et in Sion habitatio eius.

Oratio Respice quas sumus Domine super hanc. Gra in tono feriali, secreto proferendo verba. Quisnam, Qua finita, completa sunt omnia.

TITVLVS